



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

25. In festo S. Martini, de lumbis præcingendis. Luc. 12.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

FESTA TOTIVS ANNI 201  
IN FESTO S. MARTINI EPI-  
SCOPI.

11. No-  
uemb.

De lumbis præcingendis. Luc. 12.

**D**ixit Iesus discipulis. Sint lumbi vestri  
præcincti, & lucerna ardentes in manibus.  
Vestris. Considera lumbos præcingere eum,  
qui tam mente, quam corpore alienus est  
à carnalibus desideriis, & carnem suam, vt  
loquitur Apostolus, crucifigit cum vitiis &  
concupiscentiis. Lucernas verò ardentes  
gestare in manibus, eos qui & in bonorum  
operum exercitatione sunt seduli & arden-  
tes, & aliis suo exemplo, quasi luce prælata  
autores sunt, vt ea imitentur, *providentes  
bona, vt suadet B. Paul. non tantū corā Deo,  
sed etiam coram omnibus hominibus.*

Gal. 5

Rom  
12.

*Beati serui, quos Dominus innenerit vigi-  
lantes: præcinget enim se, & faciet illos disci-  
bere, & transiens ministrabit illis, Confide-  
ra, non satis esse colere puritatem mentis  
& corporis, bonisq; operibus vacare, & a-  
lios ad eadem incitare, sed etiam perseue-  
rare, idq; continenter, vt cum Domino pla-  
cuerit venire, & nos ex hac vita euocare si-  
ue per repentinum, siue diuturnū morbū,  
parati sumus. Si enim paratos nos inue-  
nit, ad vitæ æternæ nuptias euocabit, & no-*

N s biso-



bis omnia deliciarum genera, quæcunquẽ  
mente excogitare poterimus, affatim sub-  
ministrabit.

3.

*Sculp.  
in vita*

Confidera S. Martinũ verè fuisse lucen-  
nam ardentem & lucẽ; Primum n. quod ad  
virtutes eius toti orbi notas, eminuit in eo  
Humilitas, quia adolescens miles famule  
suo saepe inferuit, & calceos detraxit. le-  
proso in porta Parisiensi osculum dedit, &  
moriturus, nec vilia quidẽ stramenta sibi  
passus est supponi, dicens. *Non decet filium  
Christianum nisi in cinere mori. Si aliud exem-  
plum vobis relinquo, ipse peccavi.* 2. caritas,  
quia in porta Ambianensi, nudo pauperem  
mediam chlamidẽ discidit, in qua Christus  
ei nocte apparuit. In patriam abiit, ut pa-  
rentes conuerteret & incidens in latrones,  
quia contempsit mortem, vnũ latronum  
conuertit. 3. Zelus fidei Catholice, nam de-  
cennis inuitis parentibus ad Ecclesiam  
confugit, ut baptizaretur. deinde adole-  
scens miles factus, cum soli Christo mili-  
tare statuisset, nec Casaris Iuliani irã, nec  
aulicorum curas irrisiones, sæculari mili-  
tiã renunciauit. tantus Arianorum hostis  
fuit, ut virgis aliquando ab vrbe pulsus sit.  
duodennis eremum petiisset, nisi ætas ob-  
stitisset. *Oculis ac manibus in cœlum  
semper*

semper  
Spiritu  
ceret, g  
eius In  
socio  
dænon  
pareret  
purpur  
ventru  
hic asta  
stẽ repe  
nos par  
huc por  
cuso lab  
IN F

Medita

De hist

ih

CON

vir

trimul

cõplic

di repl

it, &amp; c



semper intentus, iniunctum ab oratione Spiritum non relaxabat. Dum sacrum faceret, globus igneus apparuit super caput eius In mensa Cæsaris, prius suo sacerdoti sociopoculum obtulit, quam Cæsari. Cū dæmon purpuratus ei quasi Christus appareret, respondit Dominus non dixit se purpuratum, vel diademate renitentem venturum. Et in morte astanti ait. Quid hic astas cruenta bestia nihil in me fuisse reperies. Cum discipuli dicerent. cur nos pater deseris: Domine, inquit, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua.

IN FESTO PRÆSENTATIONIS. 21 No<sup>v</sup>  
uemb<sup>o</sup>  
NIS. B. V. MARIÆ.

*Meditatio de Evangelio eadem cum festo Natiuitat. B. Virg.*

*De historia Præsentationis B. V. à Ioachimmo & Anna parentibus facta.*

CONSIDERA, quomodo sapiēs & humilis virguncula (in qua ratio ætatē, eras n. trimula, præuenerat) oculis humi defixis cōplicitis in pectus manib. desiderio aduēdi tēpli Hierosolymir. ardēs in via accēdit, & celerrimē 15. gradus à nullo aditua, A  
*stupa*